

natus acquirat, quæq; uolet ferè consequetur omnibus in rebus, obrectatoribus tam
 men & maledicis non carebit, fortunatissimum est hoc tempus omnium, quicquid
 facere, moliriq; uelimus, tunc præter spem, & opinionem bona contingunt, tunc
 aptum ad Reges, & principes, adq; illorum præfectos accedere, & cum amicis col
 loqui, necnon, cum hominibus omnium ordinum ac conditionum, negociorum ge
 rendorum gratia commisceri, præsertim si res pecuniaria, & facultatum agatur, tum
 mercabimur, uendemus, ludemus alea, collocabimus pecuniam, mutuum dabimus,
 uocabimus in ius, colloquia, conuentusq; frequentabimus, faciemus iter terra, indue
 mus noua uestimenta, migrabimus, expeditiones, bellaq; mouebimus, pugnabimus,
 hostes persequemur. Quicquid enim tunc facere incoeperimus, foelicem sortietur
 exitum, cum hoc sit tempus summæ, & maximè propriæ foelicitatis.

Sed ad duodecimam, cum peruenerit profectio, tum infestabuntur nati ab oc
 cultis ægri tudinibus, tum diurnæ inimicitiae se proferent, tum omnibus in rebus
 difficultates, & aduersitates natis obijcientur, contrarium tempus itineribus, conue
 niens hostibus, quorum tunc odia, consilia perfida, conatus insidiosi aduersus capita,
 famam, ac rem nati, potissimè inualescunt. Itaq; pericula carceris, & captiuitatis ipsi
 impendent. Nemo tunc uelit operam dare mercatibus, frequentare conuentus, &
 colloquia transactionum, mutuum dare, nouas induere uestes, tum uenationes, equo
 rumq; ac iumentorum usus discriminis plenus est.

Quando profectio ascendentis pertinet ad corpus infortunæ. Vide in quam
 domum reuolutionis ipsa infortuna ceciderit, quoniam significat damnum in signi
 ficatis illius domus, Verbi gratia, Sit Saturnus in Libra in quarta radice: fiat autem
 profectio ascendentis radice ad quartam domum radice, ad signum Libræ, ubi Sa
 turnus fuit in radice, qui Saturnus in eodem signo Libræ inuentus est in figura re
 uolutionis, in quiuta domo quæ filiorum est, Significat igitur eo tempore mortem fi
 liorum, aut ad minus damnum in eis, uel etiam in alijs significatis quintæ domus.

Quando profectio ascendentis radice ad caudam reuolutionis fuerit, signifi
 cat tristitiam, & damnum à uilibus hominibus.

De natura, & effectione domini anni, quem accipimus,
 eum qui dominus signi profectionalis fuerit, quemq;
 gbernatozem, ac regem uocant,

Deq; profectionibus illius ad configurationes secun
 das, aduersasq; geneseos;

Saturnus rex, & dominus anni.



SATURNVS si fuerit dominus anni, aut cum profectio hæc
 accesserit ad coniunctionem, aut oppositionem, quadratam uel con
 figurationem ipsius in genesi, minatur morbum frigidum, & humi
 dum, abundantiam flegmatis, atræ bilis importunitatem, nihil tum
 ferè omnium incceptionum foelicem exitum sortitur. Infestos tunc
 habent principes, præsertim si profectio hæc inciderit in genesi,
 in VI. VII. VIII. aut XII. domum. Nam si in fortunatis fuerit domibus, ut
 I. II. X. XI. Aut accesserit ad secundas configurationes Saturni, incommoda illa
 leuius abeunt, & commodum aliquod rerum Saturniarum obtingit nato, ut sunt
 hereditates, possessiones, agricultura, metalla, quæq; terra edit, aut maiores relin
 quere solent.

lupis